

Unus rei non potest esse nisi vnus vnus in vno tempore.

Contrariozum contrarij sunt motus.

Commentatoris.

Visus obfcuratur in locis frigidis in quibus fuerit nix et multa aqua et cõsimilia.

Palpebre posite sunt in oculis hominũ ad cõseruationem eorum a rebus extrinsecis: sicut vagine gladij.

Instrumentũ auditus ẽ aer impositus auri.

Instrumentũ odoratus ẽ aer impositus naso. **C**olor causatur ex cõmitione corporis lacidii cum dyaphano.

Color albus et niger sunt extrema colorum. **L**ux ẽ perfectio dyaphani non terminati: sed color ẽ perfectio dyaphani terminati: ẽ eni in superficie dyaphani terminati.

Ignis non lucet per se: sed quando adnatur cum aliquo alio corpore.

Ignis in sua spera nec est. calidus nec ardet.

Anima bestialis in corde existens non impedit actiones nature.

Artifex sed in posse suum intendit se assimilare nature.

Ars semper sequitur naturam.

Forme sensibilũ extra animã habent esse corruptibile omnino: sed in anima habent esse spirituale siue intentionale omnino: in medio habent esse medium inter corporale et spirituale.

Auditus in homine est via ad disciplinam.

Disciplinam non redditur nisi per loquelam.

Loquela nõ redditur nisi per auditum.

Intelligere quid significetur per verba: non est ipsius auditus sed intellectus: verum est quod verba significant ad placitũ.

Alexandri.

Omnicrofissimi medici incipiunt cõsiderationem suam ab his que demõstrat naturalis.

Medicina enim habet conjunctionem cũ scientia naturali: eo quod principia sua ab ipsa accipiat: et est sub ipsa.

Sensatio dicitur passio: quia cũ passione sit.

Sensus animalis: sunt cause salutis ipsius animalis.

Non est idem sensibile. s. secundũ se considerati: et esse sensibile: per cõparationẽ ad alia.

Et lib. aristotelis de respiratione et aspiratione.

Quocunq; sunt animalia pulmonem habentia: illa respirant.

Pisces nõ respirant per aeris attractionem: sed refrigeriũ cordis fit in ipsis ab aqua: quã recipiunt in branchijs.

Idem est principium sanguinis et venarum: scilicet cor.

Respiratio fit in animalibus ad refrigerandũ cor et loca vicina cordi: vnde que magis calida sunt minor indigent respiratione.

Unum organum tantum aptum natum est ad vnam opus.

Naturam nihil videmus frustra operari.

Homo est rectissimũ omnium animalium.

Homo habet pulmonem multum calidum et sanguineum.

Unumquodq; cõseruatur maxime in loco et tempore sibi cõnaturali et simili: et non in loco et tempore sibi contrario.

Et libro Aristotelis de morte et vita.

Vita et mors sunt cõmunia omnibus animalibus.

Mors senum finis tristitie ẽ: quia multo dolore eis contingente moriuntur.

Vita ẽ mansio anime cum corpore.

Animalia respirantia suffocantur in humido.

Sanguis fit primo in corde: quia nondum distinctis ventis: sed solo corde generatio videtur animal sanguinem habere.

Cor semper mouetur: et vene semper mouentur quãdo cor mouetur: omnes arterie sunt a corde.

Aeris ingressus in pectus animalis: vocatur inspiratio: egressus respiratio.

Calor cordis et humidum quod est in ipso per tumescere faciens: et ebullire facit pulsus cordis.

Pulmo habet se circa cor: sicut follis.

Et libro de plantis quem Aristoteles non fecit: sed discipulus eius Theophrastus.

Herbarum non putrefcit.

Sanguis in augustis venis existens circa cerebrum est subtilis et purus: et de facili passibilis: quare indiget extrinseco adiutorio ad barum passionum frigiditatem temperandam.

Propositiones vniuersales aristotelis ex libro de memoria et remiscencia. Memoria non est futurorum nec presentium sed est preteritorum tantum. unde sensus est presentium opinio spes futurorum. memoria preteritorum.

Omnis memoria est post aliquod tempus.

Intelligere non contingit sine fantasmate.

Memoria inest primo sensitiuo.

Memoria est intelligibilium non tamen sine fantasmate.

Memoria non est in hiis que sunt in multo mota.

Meditationes memoriam seruant. in reminiscendo.

Meditari est speculari aliquid multotiens: non secundum se: sed ut imago alicuius.

Quedam semel videtes magis memoramur quam alia multotiens.

Omnis reminiscencia fit vel a contrario: vel a simili: vel ab arte.

Consuetudo est tanquam natura altera.

Reminiscencia tantum hominibus inest. sed memoria inest multis aliis animalibus.

Queri et multi senes sunt imemores: propter nimium motum accidentem corporibus eorum.

Memoria est alicuius apprehensio sensu vel intellectu: iterata resumptio.

Reminiscencia non est aliquid primo addiscere.

Reminiscencia est resumptio memorie et accipio eius.

Reminisci non est memorari. non tamen est sine memorari.

Commentatoris.

Quatuor sunt potentie sensitiue interioris. scilicet sensus communis: imaginatio siue fantasia quod idem est. estimatiua que in hominibus dicitur cogitativa. et memoratiua: sensus communis et imaginatio est in anteriori parte cerebri. estimatiua in medio. memoria vero in posteriori parte.

Propositiones vniuersales aristotelis ex libro de somno et vigilia.

Dius est potentia eius est actus.

Quorundamque est aliquid opus sine natura: cui excesserint tempus in quo possint

aliquid facere necesse est eos languescere et illud non facere.

Somnus est in potentia sentiendi propter excessum vigilandi.

Necesse est omne quod vigilat dormire.

Somnus est ligamentum omnium sensuum.

Vigilia est se luto sensuum.

Somnus est requies data animalibus propter salutem eorum.

Somnus simulatur epilepsie. id est morbo caduco.

Omnia animalia sanguinolenta habent cor.

Cor est principium sensuum et motus in animali.

Nutrientium vltimum omnium sanguinem habentibus est sanguis a natura.

Locus sanguinis sunt vene.

Cor est principium venarum.

Somnus causatur ex vaporazione cibi. que vadit ad cerebrum et infrigidata descendit et fit somnus: unde post cibum forte sunt somni.

Somnus non est quilibet in potentia sentiendi. Vinum bibere non conuenit pueris nec nutritibus eorum. quia nihil differt pueros vinum bibere et nutrites.

Primum eorum que in corpore sunt frigidissimum est cerebrum.

In somno fit propulsio caloris ad interiora animalis: unde superiora membra et exteriora in somno sunt frigida: interiora vero et interiora sunt calida.

Animalia magis nutriuntur: et augmentantur dormiendo quam vigilando.

Abeuntibus sensibilibus remanent species in organo sentiendi.

Vilus non solus patitur a visibili sed etiam a grauereum est per accidens. scilicet ratione vaporis in videndo ab oculo exeuris.

In speculis valde puris: si mulieres menstruo se superuenientes inspicunt in superficie speculi fit nubes sanguinea: et si nonum est speculum: non facile est abstergere maculam huiusmodi si vero vetus facile est.

Purum quicquid acceperit cito demonstrat. Delectatio maior expellit minorem.

Principia omnium parua sunt unde principia egretudinum parua sunt primo.

Somnia apparent dormiendo et non vigilando.

Aliquando sunt somnia falsa aliquando recta.

Inabentibus sanguine missio sanguine ad